In iustificatione impii aliquid est ex parte dei et aliquid ex parte peccatoris et aliquid ex parte ecclesie. Ex parte dei sunt duo scilicet misericordia qua reatum indulget et iusticia qua emendam aliqualem exigit vel hic vel in purgatorio. Hoc significat per hoc quod duos discipulos quos misit dominus in omnem locum quo erat ipse venturus et quidam corporaliter nunc autem per gratiam spiritualiter. Ex parte peccatoris sunt etiam duo scilicet dolor et amor et hec duo sunt mole quibus peccatum conteritur que contra legem non debet dyabolus obligari in pignore. Ex parte ecclesie similiter sunt duo primum est meritum Christi et passionis ipsius cuius meritum est inexhaustibile et etiam aliorum sanctorum qui fecerunt opera multa supererogationis quia omnia sub potestate clavium sunt posita ut si quis minus est in uno membro ecclesie exponeret in alio. Unde si aliquis quod non est membrum ecclesie non consequitur ipsum meritum predictum. Secundum est indulgencia quam dat ecclesia per papam et episcopos tamen ut ipsa indulgencia tantum valeat quantum promittit exigitur auctoritas et causa scilicet gradus utilitatis ex parte dantis exigitur etiam fides formata et obediencia. Hoc est ut solvat id propter quod datur ex parte recipientis.

## De penitencia venialium. Capitulum 31.

Penitencia est remedium institutum ad decipiendum peccatum cui debetur pena sensibilis quam cum debeatur peccato non solum mortali sed etiam veniali patet quod penitencia est remedium etiam ut scilicet. Tamen penitencia non est simpliciter venialium sed mortalium quia penitencia introducta est ad reconciliandum amiciciam quam peccatum mortale tollit. Licet igitur penitencia non sit de venialibus simpliciter tamen erit pacciendum et hoc ex duobus modis primo ratione dubii ut quando creduntur esse mortalia. Secundo ratione statuti ut est quando homo tenetur

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII78/0369
gefördert durch Baden-Württemberg